

## Addertencias para

niter sponsam traducit, vt dicitur in cap. Ca-  
pellanus, de feriis, & cap. Non oportet, cum  
tribus sequentibus. 33. q. 4. Sed non peccat  
si solum sponsalia vel Matrimonium de pre-  
senti contrahit. Quia sola benedictio, & tra-  
ductio sollempnis prohibetur, iuxta mentem  
S. Thomæ & Paludani in. 4. dist. 32. de quo  
Caie. in Sum. ver. Nuptiarum peccata. Et li-  
bro quarto consiliorum, tit. de Sponsalibus  
cōsilio. 1. dicit quod ad hoc vt Matrimonium  
valeat, sufficit, quod interueniat Parochus ha-  
bitationis fœminæ, quando contrahitur in  
Parochia habitationis eius: & sufficit Paro-  
chus viri quando contrahitur in Parochia ha-  
bitationis viri, vt declarauit Congregatio  
Illustrissim. Cardinalium ad dubia Con-  
cilij Triden. declaranda, deputatorum. Vi-  
deatur Frater Emanuel. 1. p. Sum. cap. 213.

24 ¶ Sed est dubium quæ nuptiæ dicuntur se-  
cundæ vt non benedicantur, nam certum est  
quod quando vterq; contrahens est iam bene-  
dictus nō debet tunc benedici? Sed dubium  
est, An quando alter contrahentium est iam  
benedictus, possit alterius nō benedicti cau-  
sa, benedici. Manuale impressum Salmantice,  
apud Guillelmum Foquel, anno Dñi. 1585.

quo